



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XVI. Devs, & Christvs an sint impaßibiles ac immortales?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Q V A E S T I O X V .

An Deus sit Iustus.

LUTHERVS ad marginem cap. 3. ad Rom. Deus est iniustus: nam imprimit impossibilia pricipit. Deinde Idem lib. de Seruo arbit. Nec in damnandis, nec in salvandis merita spectat: Spargit gratiam & misericordiam in indignos, iram & severitatem in immeritos: Indignos coronat; indignos punit: sine merito saluat; si nemerito damnat. Vide infra quest. 17. 32.

Z W I N G L I V S lib. de prouidentia cap. 6. Deus est iniustus: Punit ob peccata homines, quae non eorum magis sunt alius, quam Agricola sunt prouentus. Idem to. 1. in explicatione art. 20. Non magis, quam mallei opus vomers, quem conflat faber. **CALVINVS** quam Deo tribuat iustitiam, liquebit infra, vbi Deum scelerum constituit autorem.

A V T O R. Ex Psal. 10. tenemus: *Iustus Dominus, & iustitiam dilexit.* Sed recte distinguit D. Th. 1. q. 21. 4. 1. Iustitia Commutativa non cadit in Deum: Quia Rom. 2. *Quis prior dedit illi, & retribuet ei?* Distributiva vero propria Dei est Gubernantis. Vnde S. Dionys. de diuin. nom. lib. 8. *Oportet videre in hoc veram Dei esse iustitiam, quod omnibus tribuit propria.* Ideo 2. Mach. 1. *Solus es bonus Rex, solus praestans, solus iustus, & aeternus.*

Q V A E S T I O X VI .
Deus & Christus an sint immortales & impossibiles?

LUTHERANUS: *Vt 1. Selenecerus in confutatione accusationis, fol. 129. Theodore illa phrasis: Christus in quantum Deus, impossibilis est: nunquam ferenda est.* 2. Gerlachius in disput. contra Bulsum: *Vera sunt haec propositiones: Diuinitas est nata, Crucifixio, Mortua.* 3. Schmidlinus in thesi 1. 6. & in repetit: Wittenberg. *Pati, & Mori nomine & re pertinet ad Diuinitatem.* 4. **L U T H E R V S** lib. de concilis par. 2. *Nostri sunt, qui Diuinitatem pati non possunt.* Particulariter disputant: *Ego & mori.* Gerlachius contra Bulsum afficit rationem. *Quia proprias sibi una cum natura humana participatione, affectiones eius fecit suu Verbinatura & maiestas.* 5. Islebius & Andr. Musculus in refut. Simili: *Si solana-*

tura humana Christi passa sit. Filius in primis ab origine Redemtionis flagitiosa impietate separatur. 6. **L U T H E R V S** in confess. de cena Dom. *Christus natus est, nec magni pretii Salvator est: immo ipse quisque a deo Saluatore opus habet: subaudi, si in diuinitate pulla ac mortuus non fuerit. Plus nimio fatus ista.*

C A L V I N V S Institut. lib. 1. c. 17. §. 2. *Deus est mortalis: immo vero als quando mortua est.* Fuit enim sacerdos non fæderis Christi, etiam secundum Diuinam naturam. Vnde Iacobus ipsius lib. contra Hardingum art. 14. & 17. *Christus humanæ naturæ immolatus fuit: diuinæ sacrificus extitit.* Plura vide supra cap. 2. **CALVINUS** ad Hebr. 9. v. 12. *Per proprium Sanguinem introiuit in Sancta: Quia fædere novo ad perfectam sacrificij ratione mors sacrificantis pertinet.* 3. Item ibid. 14. *Quia Fuit etiam Nostri testamenti Mediator secundum Diuinitatem: Ideo autem Nostri Test. Mediator est, ut morte intercedente remat prevaricationes.* Quæ quidem, vidi Humanitate Christi verè: ita blasphemeditur omnia de Diuinitate. Vide plus infra. 21.

H I I. A V T O R. ex Cnoglero cultissimo in Trisymbolo. 1. Fuit olim imbutus codem errore Anastasius Imperator: de quo lepida proditur historia apud Zamoram in Anastasio to. 3. Miserat hic Episcopos duos suæ lectæ ad quendam Orientis Dynastam, qui eū erroris sui de Mortalitate Dei implerent. Is audiit eos humaniter: responsum in diem reiecit alterū. Interim subornat famulum, qui sibi cum Episcopis colloquēti, nescio quid tacite in aurē insulseret. Facit ille ex prescripto; cum subito frontem dimittit Princeps, & suspirare, & magnam prete ferre mortitiam. Percunctantur Episcopi vehementer istam tam subitidoris causam. Cū Princeps: *Nuntiatum, inquit, est mihi, obisse mortem Gabrielem Archangulum.* Episcopi in ritum soluti, bono animo esse iubent, & multatis at.

tis argumentis ostendunt, Moris non posse
Angelos. Commotior ille statim: Et
vos inquit, qua fronte persuadere vultis, Di-
unitatem in Christo passam fuisse, & mor-
tuam?

2. ZWVINGLIUS tom. 2. in respons.
ad Lutheri Confess. laboriosè hanc Coa-
postoli lui vesaniam confutat; seu, vt
ipse vocat, summam, & omniū longè ful-
tissimam blasphemiam. Inter cætera, Lu-
thero suo quasi ex diametro oppositus,
liberè vniuerso mundo testatur dicens:
*Contra, ego de me illud liberè dico: Si Chri-
stus Deus quoque iuxta Deitatem paſſibiles
est; Deus certe non est; nec hunc pro Deo meo
unquam sum agnitus.*

3. Frustra vociferaris Zwillingli; Tā-
tum abest, vt Lutherani hunc sibi Mor-
talem Deum eripi patientur; vt etiam in
Pandora sua Bergensi, id est, Concordie
libro, eundem quater millenis subscrip-
tionibus roboratum, omnibus creden-
dum proposuerint. Belli Antichristia-
ni, quin & Athei, sine Deo viuo! Hæc
Lutheranis dixerim.

Eadem & Caluinianis; queis addo
suum Patriarcham Petrum Gnaffaeum
autorem Theopaschitarum, dicentium,
*Vnu ex Trinitate paſſus est secundum huma-
nitatem: apud Baron. annis 482. 519. 535.*

Q V A E S T I O XVII.

*An Deus sit Bonus? an vero
Peccator?*

VTHERVS Ib. de seruo arbitrio: Phil. Melan-
chthon in Rom. c. 2. Deus autor fuit Prodictionis
Iude, adulterii Davidis, sauitia Manlii. 2. Idem in
asset art. 32. Dubium non est, quin Sathan à Magistro
in Ecclesiam venerit hoc nomen: Liberum arbustum;
scil. à Deo solo conditum, inditumque nobis. 3. Lu-
therus, Tom. 1. Witemb. fol. 161. b. Christus fuit
summus peccatorum, quos unquam terra tulerit. Cau-
sam reddit Tom. 4. Wit. fol. 363. b. Nimurum quia

non sine causa, neque de nibilo ab Ioanne baptizatus est.
4. Idem in asset art. 36. tom 2. Witemb. anni 1551.
Nullus est in manu sua positum cogitare quippiam boni vel
mali: sed Omnia sub Deo sunt; contra quem nihil possi-
mu, nisi quantum permittit & facit ipse. Quod &
potest & facit, cùm dixit: Certa sunt omnia lege. Quo-
modo potest & facit homo ad bonum preparare; cum nec in
potestate sua habeat vias suas mala facere? Nam &
MALA OPERA IN IMPIIS REGIT DEVS,
sc. ut Autor scelerum omnium. Pro!

A V T O R. Ibidem Lutherus hunc
articulum omnium optimum, & rei
Christianæ summam constituit: In cæ-
teris, inquit, articulus de Papatu, de Conciliis.
&c. magis ferenda est lenitas & stoliditas Pa-
pæ & suorum: Sed in hoc articulo, qui omniū
optimus est, & rerum nostrarum summus, do-
lendum ac flendum est, miseros sic insani-
re.

1. Atqui Manes idem docuit olim
teste S. August. heresi 46. & Hieron. in pro-
logo dialogi contra Pelagianos.

2. Iactant Lutherani de suo Magi-
stro, quod Velleius de Epicuro suo; Eum
primum superstitutionibus liberasse Germanos.
Sed, quod Cotta Pontifex respondit
Velleio; Superstitione quidem facile fuit E-
picuro (dixerim Lutheru) liberare; cum
sustulerit omnem vim naturamque Deorum.
Sanè namque ait Tertull. Qui Deum
esse Bonum diffidentur; Deum esse nunquam
fatentur. Vide infra quæst. 31. | 32.

C A L V I N I A N A istis pauca subiici-
am consona.

C A L V I N U S Instit. 1. c. 18. §. 3. Deus autor
est omnium eorum, que Papista otiosè tantum-
volunt eius permisso contingere: scil: peccato-
rum. Sic enim Zwinglius exponit in serm.
de prouidentia cap. 5. Numen ipsum, ait, au-
tore est eius, que nobis est iniustitia.

2. Calvinus ibid. §. 1. Confirmat exem-
plo: *Dei ita opus est incestus Absolonie addit.*
Melanchthon in Rom. 8. & proditio Iuda:
vt Pauli conuersio.

2. Zwini-

